

www.e-rara.ch

[Meditationes de vita Iesu Christi]

Thomas

[Basel], [nicht nach 1489]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-124563>

De dira perforatione sacratissimi lateris domini Iesu post excessum vite

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

amiserunt decoris. **D**an^o que celos extenderunt: clavis pforant asprimis. **B**enua sepius i oronib⁹ flexa stupida pendet et nuda. **C**rura que toti⁹ corpis molem velut colune marmoree ferebant/a fortitudinis vigore defecerunt. **P**edes ad euangelizadu sepi⁹ fatigati/racq³ in neruo: sic sunt in ligno crucis ferro constricti. **O**mnia membra doloribus vident plena/vulneribus saucia: sanguineq³ respersa. **U**tt⁹ ossa ei⁹ cu ossibus latronum non sunt contracta / vt scriptura diuina impleretur / quia ipe est verus agnus / in lege pfiguratus / cuius ossa iusta sunt integra seruari. **T**alis e dilectus meus / et ipe e amicus meus filie hierusalē / et hic e finis defuccionis eius / pro quo si occideret milites / non esset condigna retributio caritatis illius. **O** dulcissime **J**esu / redemptor aie mee / qs mihi tribuat tecu mori in cruce / tecu sortiri taz felicem horā in egressu de corpore: **O**bsecro te ex totis pcor d⁹s meis / cōcede mihi in hoc fragili corpusculo sic viuere / et oēs actus meos piter et effectus fm tuuz beneplacitu dirigere / vt in statu grē / cursum meum qam cōsummare / et ad eterne beatitudinis brauiū / p⁹ varia tēptationū picula puenire.

De dira perforatione sacratissimi lateris dñi **J**esu post excessū vite.

Benedico / et grās ago tibi domine **J**esu xpē fons inextinguibilis caritatis et gratie / pro dira perforatione sacratissimi lateris tui p⁹ vite excessum. **T**unc enim sanctoruz sanctissime / ab

vno ex militibus tam valide fuisti in dextera tua lan-
cea militari percussus et transfixus / vt ferri acumen
intima tua penetrante cordis tui teneritudine attige-
ret / et de latissimo vulnere / saluberrimum nobis sang-
uinis et aque fontem produceret / quo totus mundus sana-
retur aspersus. **O** sacra et ammirabilis emanatio san-
guinis christi / de dextero latere dormientis in cruce pro-
fluentis / in redemptionem generis humani. **O** clara et
suauissima excursio aque benedictae / de intimis visce-
ribus saluatoris / in ablutioem omnium peccatorum
nostrorum foras deriuantis. **O**lim siquidem **Moyses**
famulus domini / percussit petram in heremo et
fluxerunt aque largissime / bibentes populus et iumen-
ta eius / de torrente illo cum dulcedine / et cessauit a
murmure. **Sed** **Longinus** miles strenuus arrepta
lancea in manu sua fortissima / percussit petram cum
christi aperuit dexteram / et continuo exiuit sanguis et
aqua: hausitque inde salutis sue sacramenta casta ma-
ter ecclesia. **Sicut** enim **Eua** omnium viventium mater
est appellata / et de costa **Adae** viri sui formata. **Ita** et
sancta militans ecclesia omnium fidelium mater est nuncu-
pata / et de latere christi sponsi sui reformata. **O** magnum
et preciosum domini mei vulnus amandum / super omnia vulnera pro-
fundissime perforatum / cunctisque fidelibus ad intrandum latif-
sime reueratum / miraculosius fluidum: copiosius benedic-
tum / posterius formatum: sed principalius insignitum. **De** hoc
sacro et diuinissimo vulneris fonte / quicumque biberit /
vel semel amoris haustum sumpserit / omnium malorum
suorum obliuiscetur / ab estu desideriorum temporalium et car-
nalianum sanabitur / eternorum accendetur amore / ier-

placabili dulcore sanctisplis replebitur / fietque in eo fons
aque viue / salietis in vitam eternam. **I**ntra intra anima mea
in dextrum latus domini tui crucifixi: **I**ntra per insigne vul-
nus ad amantissimum cor Jesu / ex amore translanceatum
ad pausandum in foramine petre a turbis mundi. **A**ccede
bono ad cor altum / cor abditum / cor secretum / ad cor dei ape-
rientis tibi ostium suum: **I**ngredere benedicte deo: cur fo-
ris stas: **D**ate facta est tibi vena vite / via salutis / arca ce-
lestis / unde fluunt aromata multa. **E**cce locus refugii
a facie temptantis inimici / locus propiciationis ab ira iudi-
cum subsequens. **H**ic est fons olei et gratie iugiter manan-
tis / qui peccatoribus nunquam cessat misericordiam propinare / si ex to-
to corde contriti voluerint accedere. **H**ic est fons divini
fluminis / de medio paradisi egredientis / ad irrigandam
superficiem terre / ad potandam sitim aride mentis / ad ab-
luenda crimina / ad extinguendos lascivie motus / et ad
mitigandas iracundie rixas. **E**t tu ergo de hoc fonte sal-
uatoris poculum sume amoris / trahere ex latere Jesu
dulcia solacia vite / ut viuas iam non in te: sed in eo qui
vulneratus est pro te / da illi cor tuum qui aperuit tibi cor su-
um. **I**ngredere per ostium sacrati vulneris / ad intima re-
deptoris: **I**nvitat ut intres / petit ut secum permanas /
desiderat ut cor unum cum eo habeas. **F**ili inquit: da mi-
hi cor tuum. **N**ihil amplius a te deus requirit: si illud dederis / gratif-
simum munus obtulisti. **D**a ergo Jesu non alteri: da chri-
sto non seculo / da cor tuum eterne sapientie non vane phi-
losophie. **I**deo enim tam late fecit latus suum aperiri / et
profunde transfodi / ut via tibi pateret accedendi ad cor
dilecti tui / ut possis interiora penetrare filii dei / et in
vera cordis unione sibi uniri / ut omnes affectiones tuas

as in ipm dirigas / et cuncta opera tua ad eius hono-
rem / simplici ex corde facias / vt ipsi soli placere / ipsi
pura mente et totis viribus studeas inherere. **U**bi
enim poteris securius quiescere / tutius habitare / ac
suauius obdormire / qm in vulneribus Iesu xpi p te
crucifixi: vbi ampliores valebis inuenire sapiam / z
vtiliozem cape viuendi noticiam / qm in intimis visceri-
bus passi xpi / de sub cuius pectore: fons viuus liq-
de emanat. **U**bi taz valent / licet tepes factus / poteris
reaccendi / tam repente ab omni strepitu seruari / ta-
pfecte interius recolligi / sicut in corde Iesu / p te ex
amore lancea perforati: **N**il sic accendit: trahit: et
penetrat cor hominis / sicut amor crucifixi redempto-
ris. **H**inc et quidam sanctus dicebat: **A**mor meus
crucifixus est. **C**ui affectater respōdeo: **E**cce amor
meus vulneratus est / et pforatus / vt liber ingressus
ad amabile cor eius mihi donec / ppera quantū pia
auiditate psumere licet: sacro lateri Iesu te applica /
vt sanguine eius aspgaris / et aqua. **E**t si possibile ē
extrahere cor tuuz / et pone iuxta cor Iesu / vt ipse h̄ cu-
stodiat / regat et possideat. ne ampli⁹ in diuersa rap-
te⁹ / et inquinet. **R**euela illi cor tuū / cōmitte te illi cō-
fidēt / trade ei omne velle tuum z nolle: sit tibi cor vnū
et aia vna i deo. **I**dē sapere / et vnū sentire p oia cuz
eo fm sūmū beneplacitū eius vsqz in sempiternum /
tunc eris in magna pace / nec de facili poteris pertur-
bari / aut inordinate p̄tristari: cū ex integro tradiderit
Iesu cor tuū ad ppetue p̄suādū z inhabitādū. **O** sin-
cerissime Iesu / oim secretorū conditor / z amantium
cordium inhabitator. **O** cruciforme spectaculū om-

num cōtēplatiuoz. **O** deificum gazophiliū om-
nium gratiarum et donoz/ rex christe redemptor
fidelium/ qui sanctissimum latus tuum mucrone di-
re lancee aperiri fecisti. **A**peri mihi queso portā mi-
sericordie tue/ sine me ingredi p magnū z euidēs osti-
um lateris tui/ ad amātissimi cordis tui archanū/ vt
tibi vniat̄ cor meū insolubili caritatis vinculo/ atqz
vehementer accendat: vt tu in me z ego in te habitē
ac pmanēā p̄federatus imppetuū/ vulnera cor meū
sagitta caritatis tue/ trāseat militaris lancea tua per
viscera mea/ pfodiatqz oia interiora mea/ quatenus
ex hac salubri vulneratiōe/ p̄fectā sanitatem aīa mea
consequat̄/ vt nullū p̄ter te amatozē admittā / nullaz
extra te consolatiōez requirā. **S**it cor meū tibi soli p̄
uiū et apertū/ mūdo alienū/ diabolo clausū/ et con-
tra quelibz tēptamēta/ signo cruci vndiqz p̄munitū.

Depositio dñi Jesu de cruce.

Benedico/ et gr̄as ago tibi dñe Jesu x̄pe/ for-
tudo diuina/ p humili depositiōe tua de
altitudine crucis hora vespertina/ in qua pe-
pendisti vsqz ad solis occasū p salute n̄ra/ de qua et
iussus es deponi/ s̄m veteris instituta legis/ et p̄p̄t
instantē pascalis festi diē sabbato sc̄to celebrandaz.
Laudo et glorifico te/ pro deuoto obsequio a fa-
miliaribus amicis caritatiue tibi ip̄enso / quādo illi
iustissimi viri **J**oseph ab **A**ramathia z **N**icodem^{us}
doctor legis/ cū suis vernaculis ad crucē accedētes/
et erectis in altū sc̄lis/ alius ad dexterā/ ali^{us} ad sini-
strā cōscēdens/ alius n̄o ad soluēdos pedes se coap